SVB VMBRA ALA rum tuarum, protege nos.

EPITOME REGII AC VETVSTISSIMI ortus Sacræ Cæſareæ ac Catholicę Maieſtatis, Sereniſſimi quoq; Principis & Domini, Dn. Ferdinandi, Vngariæ ac Bohemiæ Regis, omniumq; Archiducum Auſtriæ, ac Habsburgenſium Comitum, à Hieronymo Gebuilero ex antiquiſſ. & receptiſſ. Authoribus, nunc recens diligentiſſ. in lucem ædita.

Cum gratia & priuilegio Imperiali.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum

CAP. I.

NOA, qui & Ianus, humani generis poſt diluuiũ reparator, complura mortalibus filiis ſcilicet ac nepotibus ſuis ueri Dei cultus inſtructione, philoſophiæ ad animi culturam, agriculturę quoq; pro corporis neceſſitate ſubleuanda traditione, beneficia conferens, uariis à ſcriptoribus cognomentis celebratur. Nunc enim Vertumnus, modo Oenotrius, nonnunq̃ Pomonus, Chaos, & Semen mũdi appellatus, ubi noningentos & quinquaginta annos uixerat, moritur poſt cataclyſmum, Annis CCCL. ab ortu uero mundi, annis 2612. Hunc Noam uetuſtas ipſa ſub Iani nomine bifrontem figurans, haud uulgarẽ uiri prudentiam plane demõſtrauit, altera inſuper manu ſceptrum, altera ſolem geſtat, quod primus omnium regios faſces, & regnorum moderamina inſtituẽs, annum ſolis motu per duodecim menſes diſtinxerit: quem Clauigerum quoq; Poetę dixerũt, quod Ianuarius menſis ab eo denominatus, priorem annum excluſiue terminans, ſequenti aditum faciat: niſi eius rei

Noæ traditiones.

Noæ diuerſa nomina.

caussam

CAP. VII.

PHilippus, Rex Caſtellæ, Legionis & Granatę, archidux Auſtriæ, Dux Burgundię &c. Comes Tyrolis, et ab Habsburg, Maximiliani Cæſaris ex Maria Caroli Burgundionū Ducis filia primogenitus, a puero nihil ab auitis moribus degenerans, nullius non uirtutis de ſe ſperandę dedit inditiū. Cœleſtis nanq; animi indoles, quę nihil humile, nihil nō excelſum ſpectabat illi adeſſe uidebatur, quam ingenii bonitatem caſti- *Educatio proba multū conducit.*
gatior educatio (quæ uel ipſa natura potentior eſſe conſueuit) multo meliorē reddiderat. Huius etē̄ pueritiæ moderator, & in bonis literis inſtitutor (iubente Maximiliano Cæſare) fuerat Franciſcus *Præceptor Philippi.*
Buſſideanus, poſtea Archiflamen Biſuntinus, uir totus ad gloriam natus, citra cuius cōſilium Philippus Archidux uel maturiori ætate omnino gerebat nihil, cuius ductu & auſpitiis optimus Princeps nō

CAP. I.

DVbia, & Gordii nodis intricatior, iamdudum plæriſq; uel doctis ſuboritur contentio, imperarint ne Galli unquã Alſatis, Argentinenſibus, cæteriſue Rheni accolis: Quibuſdam omnem Rheni tractum, immo totam ferme Germaniam, Thuringiam, Sueuiam, Saxoniam, & Bauarorũ fines, Francorum Regibus audiuiſſe, pertinaciter contendentibus. Aliis uero, quaſi Germanicæ gloriæ id notam quandã inureret, Teutones & Alſatas Gallis nunq̃ fuiſſe ſubditos, uerum Germanos ultra quinq; ſecula ei genti & Reges & Principes dediſſe, certiſſimis argumẽtis probare adnitentibus. Illis relictis, claſſicorum ſcriptorum teſtimonio perſuaſus, iis facilius ſubſcribo. Nam ſi Gallorum Regum (quos nũc ex uſu Francigenas dicimus) originẽ & ſtemmata oculatius inſpexeris, Germanos, quos tunc communi uocabulo Francos appellabãt, D. L. annos Regio faſtigio Celtis præfuiſſe, clarius luce reperies. Quorum Regum uetuſtam originem a Troiano Hectore deriuatam, cum ſufficiẽter primo Epitomatis noſtri libro deſcripſerimus, a Pharamundo Germano Francorũ et Celtarum Rege primo initiũ ſumemus.

CAP. II.

PHaramundus, Marcomiri Ducis filius, natione Germanus, Celtarum & Francorũ Rex conſtitu

ERRATA.

D pri. facie pri. imaginem, lege imagine.
Eodem facie ij. occidit, lege occiditur.
E iij. facie ij. circa finem, pluſqꝫ, lege pluſqꝫ.
F ij. fa. i. nequeuntes, lege nequientes.
F iij. fa. i. circa finem Ita, lege Itam.
O iij. facie ij. tyrannus, lege tyrannis.
P i. fa. ij. linea ultima, Regem, lege gregem,
Eodem fa. ij. pro uenter lege uel.
P iij. fa. i. pro mulierum lege multorum.
Eodem, facie ij. pro actum lege auctum.
Q i. fac. i. pro aduentu lege aduentum.
R i. fa. ij. pro ne ue lege uæ uæ.
X iij. fa. i. pro omnem lege omnium.
Z iij. facie pri. pro Vualchiſæ lege Vualchiſi.
Ibidem, pro Ebroinis lege Ebroini.
Ibidem, pro Chriſtianum, lege Chriſti.
BB i. fa. ij. linea vi. auum, lege auunculum.

Haganoæ, ex officina Iohannis Secerii.
Salutis anno M. D. XXX.
Menſe Auguſto.